BERNARDUS CLARAEVALLENSIS
Österreich, 12. Jh. Seite 105r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26359
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Qd quanto magis agitur · tanto breuiata expectatione prolon
gatur memoria · donec tota expectatio consumatur · cum tota il
la actio finita transierit in memoriam · et qd in toto canti
co · hoc in singulis particulis eius fit · atq; in singulis sil
labis eius · Hoc in tota uita hominis · cuius sunt partes omnes
actiones hominis · Hoc in toto seculo filiorum hominum · cuius
partes sunt omnes uite hominum · Quid ergo sum deus meus · quae natu
ra sum · Varie multimode uita · et immensa uehementer · Ecce
in memorie mee campis et antris et in cauernis innumera
bilibus · atq; innumerabiliter plenis · innumerabilium rerum
generibus · siue per imagines sicut omnium corporum · siue per pre
sentiam · sicut artium · siue per nescio quas notiones uel notationes ·
sicut affectionum animi · quas et cum animus non patitur · memoria
tenet · cum in animo sit quicquid in memoria est · Per hec omnia
discurro · et uolito hac illac · Penetro et quantum possum · et
nusquam finis · Transibo et hanc uim meam · que memoria uo
catur · transibo eam · ut pertendam ad te lumen dulce deus meus · Sed
si preter memoriam meam te inuenio · in memor tui sum · et quo
modo te inuenio · si memor tui non sum · Multa memini me
perdita quesisse atq; inuenisse · Istud scio inde · quia cum que
rerem aliquid eorum et diceretur mihi nunc forte hoc est · nunc forte il
lud · tamdiu dicebam non est · donec id offerretur quod quereba · Cuius
si memor non essem quicquid illud esset · et si mihi offerretur · non inue
nirem · quia non agnoscerem · nec inuenisse nos dicimus · quod perierat
si non agnoscimus · nec agnoscere possumus · si non meminissemus ·
Certe ergo obliti fueramus · An non totum exciderat · Sed ex par
te quam tenebatur · par alia querebatur · quia sentiebat se me
moria non simul uoluere · quod simul solebat · et quasi de
truncata consuetudine claudicans · reddi quod deerat fla
gitabat · tanquam si homo notus siue conspiciatur oculis · siue
cogitetur · et nomen eius obliti requiramus · quicquid aliud recur
rerit non conectitur · quia non cum illo cogitari consueuit idoque;